



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Sessio Qvarta, Celebrata Die VIII. Mensis Aprilis, M. D. XLVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

9

SESSIO QVARTA,  
CELEBRATA DIE VIII. MENSIS  
APRILIS, M. D. XLVI.

Decretum de Canonicis scripturis.

**S**ACROSANCTA OEcumenica, & gene-  
ralis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto  
legitimè congregata, præsidentibus in ea  
eisdem tribus Apostolice Sedis Legatis, hoc  
sibi perpetuò ante oculos proponens, vt  
sublatis erroribus, puritas ipsa Euangelij in Ecclesia con-  
seruetur: quod promissum antè per Prophetas in Scrit-  
pturis sanctis, Dominus noster Iesus Christus, Dei filius,  
proprio ore primùm promulgauit; deinde per suos Apo-  
stolos tamquam fontem omnis, & salutaris veritatis, &  
morum disciplinæ, a *et omni creatura predicari iussit*: per-  
spiciensque hanc veritatem, & disciplinam contineri *in*  
*libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ipsius Christi*  
*ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu*  
*sancte dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque*  
*peruenierunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta,*  
*omnes libros tam veteris, quam noui Testamenti, cum*  
*vtriusque unus Deus sit auctor, necnon traditiones ipsas,*  
*tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tamquam vel*  
*ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & con-*  
*tinua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari*  
*pietatis affectu, ac reuerentia suscipit, & veneratur. Sa-*  
*cotorum vero librorum b Indicem huic decreto adscriben-*  
*dum censuit; ne cui dubitatio laboriri possit, quinam*  
*sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt vero infra-*  
*scripti, y Testamenti veteris, quinque Moysi, id est, Genesis,*  
*Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue,*  
*Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon,*  
*Eldæ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, To-*

*b In cap. A-*  
*post. c. 14.*  
*In eccl. t. E-*  
*pist. 1. c. 7.*  
*Gel. f. 11. in*  
*Cont. 5. o. E-*  
*pist. Cone.*  
*Laudie. cap.*  
*13.*  
*Cone. Cartab.*  
*3. cap. 4. 7. c.*  
*sancta Ro-*  
*manada.*  
*1. c. & sine E-*  
*pist. Eugen.*  
*in conc. Flo-*  
*rent. ad. A-*  
*mensem.*

A 5

bias.

bias, Judith, Hester, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaías, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est, Osea, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zachiarias, Malachias, & duo Machabæorum, primus & secundus. Testamenti noui, quatuor Euangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Actus Apostolorum à Luca Euangelista conscripti: quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos, due ad Corinthios, ad Galatos, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, due ad Thessalonicenses, due ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos: Petri Apostoli due, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli una, Iudæ Apostoli una, & Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si e quis autem libros ipsos integros i cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & canoniceis non suscepit; & traditiones prædictas sciens & prudens contempserit; anathema sit. Omnes itaque intelligent, quo ordine, & via ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimonii, ac præsidii in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus, sit vslra.

## DECLARATIONES.

1. *Cum omnibus suis partibus.* I. Etiam dicendum est, quod ne vel periodus, vel una clausula, vel dictio aut syllaba, iotaue unum, repugnet in veteri vulgata lingua Latina Editione. Quo ad oppositiones autem contextus Græci aut Hebraici cum Latina vulgata editione, Cong. remisit ad tertiam regulam Indicis sub Pio Quarto editam.

Carthusiani obligati sunt vii veteri ac vulgata Editione sacrae Scripturæ secundum usum S. R. E.

Decre-

## Decretum de editione &amp; vusu sacrorum librorum.

**I**nsuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiae Dei, *et si ex omnibus Latinis editionibus, quae circumferuntur, factorum librorum, quemadmodum pro authentica habenda sit, innote-* scat; statuit, & declarat, ut haec ipsa vetus, & vulgata editio, quae longo tot seculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur; & ut nemo illam reiicere quoquis praetextu audeat, vel præsumat.

Præterea, *ut id a coercenda perulantia ingenia, decernit, ut* a cap. hore-  
nemo, sua prudentiae innexus, in rebus fidei, & morum, *si, c. A-*  
*ad edificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sa-* *dami, in fin.*  
*cram Scripturam ad suos sensus contorquens, & contra* *24. q. 3. & in-*  
*eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius* *fra, Sess. 13,*  
*est iudicare de vero sensu & interpretatione Scriptura-*  
*rum sanctorum, aut etiam b contra uanimem consen-*  
*sum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari au-*  
*deat; etiam si huiusmodi interpretationes nullo um-*  
*quam tempore in lucem edendæ forent. Qui contraue-*  
*nerint, per Ordinarios declarentur, & penitus à iure statu-*  
*tis puniantur.*

*i Sed & Impressoribus modum in hac parte, ut par est, im-*  
*ponere volens, qui iam sine modo, hoc est, putantes*  
*sibi licere quidquid libet, sine licentia superiorum Ec-*  
*clesiasticorum, ipsos sacræ Scripturæ libros, & super illis*  
*annotationes, & expositiones quotumlibet indifferen-*  
*ter, saperet tacito, saperet etiam ementito prælo, & quod gra-*  
*uius est, *et sine nomine auctoris* imprimunt, alibi etiam im-*  
*pressos libros huiusmodi temere venales habent; decer-*  
*nit, & statuit, ut posthac sacra Scriptura, potissimum vero*  
*haec ipsa vetus & vulgata editio quamemendatissime im-*  
*primatur; nullique liceat imprimere, vel imprimi facere*  
*quotuis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neq;*  
*illos*

b *Sic Syn-*  
*dui in Trull.*  
*c. 19. quan-*  
*putant Con-*  
*stant. 6. c. ex-*  
*ist. circa s.*  
*de verb. signo*  
*in 6. lib. 5.*

illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi  
 primum examinati probatique fuerint ab Ordinario,  
a Sess. 10. de  
impressione  
librorum  
sub Leone X.  
\* vide post  
finem libri.  
 sub pena anathematis & pecuniae, & in canone Concilij  
 nouissimi Lateranensis apposita. \*  $\wedge$   $\mu$  Et, si regulares fuerint,  
 ultra examinationem & probationem huiusmodi, licen-  
 tiati quoq; à suis superioribus impetrare teneantur, recon-  
 gnitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum.  
 Qui autem scripto eos communicant, vel euulgant, nisi  
 antea examinati probatique fuerint, eisdem penas subia-  
 ceant quibus Impressores. Et qui eos habuerint vel lege-  
 rint, nisi prodiderint autores, pro autoribus habeantur.  
 Ipsa vero huiusmodi librorum probatio in scriptis  
 derur, atque ideo in fronte libri, vel scripti, vel impressi,  
 authenticè appareat: idque totum, hoc est, & probatio &  
 examen gratis fiat: ut probanda probentur, & reproben-  
 tur improbanda. Post v. hac temeritatem illam reprimere  
 volens, qua ad profana quæque conuertuntur, & tor-  
 quentur verba & sententiae sacrae Scripturaræ, ad scurrilia  
 scilicet, fabulosa, vana, adulaciones, detractiones, super-  
 stitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinatio-  
 nes, sortes, libellos etiam famosos; mandat & præcipit,  
 ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum,  
 ne de cetero quisquam quomodolibet verba Scripturaræ  
 sacrae ad hæc & similia audeat usurpare; ut omnes huius  
 generis homines, temeratores & violatores verbi Dci, iu-  
 ris & arbitrij penas per Episcopos coiceantur.

## Indictio futura Sessionis.

ITEM hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit,  
 proximam futuram Sessionem tenendam, & celebra-  
 dam esse Feria quinta, post sacraissimum festum proxi-  
 mum Pentecostes.

## REMISSIONES.

**O**mni creature prædicari iussi] Concil. illud Matth. vlt. Euntes  
 ergo docete omnes gentes, & illud Marci 16. Euntes in mun-  
 dum vniuersum prædicare omni creaturæ.

 $\beta$  In

<sup>c</sup> In libris scriptis, & sine scripto traditionibus] Vide Patrem Ioannem Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 4. q. 1. ubi q. 2. vocat traditionem diuinam illam, que in Scripturis non continetur expressè, sed adhibito communi Patrum, vel Ecclesiæ sensu certa & necessaria consequitio[n]e ex sacris literis colligitur. Et q. 3. querit quenam sint traditionum genera.

<sup>d</sup> Testamenti veteris, &c.] Vide Patrem Ioannem Azori. instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 1. q. 4.

<sup>e</sup> Duo Machabeorum] Vide Arnald. Pontacum in annotat. ad Eusebium Cœsar. colum. mihi 446.

<sup>f</sup> Si quis autem libros, &c.] Vide P. Ioannem Azori. institutionum moral. p. 1. lib. 5. cap. 8. col. 556.

<sup>g</sup> Si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, &c.] Vide P. Ioannem Azori. institutionum moralium p. 1. lib. 8. cap. 3. q. 2. ubi q. 3. resolut quod approbatione vulgata & Latina editionis non damnantur exemplaria Hebraica vel Graeca, ex quibus tanquam ex fontibus Latina editio fluxit, quæ quidem retinet suam fidem & auctoritatem, ubi incorrupta, & integra fuerint.

<sup>h</sup> Ad coercendapetulantia ingenia] Concordat textus in cap. hæresis & in cap. Adam in fine 24. q. 3.

<sup>i</sup> Contra cum sensum, quem tenuit, & tenet sancta Mater Ecclesia] In Concilio Mileuitano capite 2. decreuerunt Patres non aliter intellegenda esse verba sacra Scriptura, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica semper intellexit. Vide Sebæt. Medicis in summa omnium hæresum p. 1. q. 2. Martin. de Ayl. de tradit. Ecclesiast. assert. 5. Mechl. Can. de locis Theolog. lib. 12. cap. 7. Cordub. lib. 4. quæst. theolog. q. 1. præposit. 6. vers. tertium signum veræ fidei. Cened. ad Decretal. collect. 8. n. 5. cum seqq. P. Azori. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 2. q. 2. vers. respondeo. ubi q. 3. an interpretari liceat Scripturam sacram, non quidem contra unanimem consensum Patrum, sed præter illum duntazat. & q. 5. querit, quot sensus possit habere versus Scripturæ locus, & responder posse habere duos, unum literalem, alterum mysticum.

<sup>j</sup> Sed & impressoribus, &c.] In Concilio nouissimo Lateranensi sessione decima de impressione librorum, constitutum est, quod nulli licet imprimere, vel imprimi facere quoque libros de rebus sacris sine nomine anchoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probati, fuerint ab Ordinario, iub. pacata anathematis & pecunia. Vide P. Valeri Reginald. in præf. p[ro]m[on]ent. lib. 9. cap. 13. sect. 4. num. 256. Castr. lib. 1. de potest. legis p[ro]mal. cap. 8. vers. est etiam quædam lex. Cou. lib. 4. vari. cap. 17. nu. 1. vers. at si jec[et] calamitosis temporibus. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 31. n. 9. Felician. de censur. tit. de excommunicat. cap. 24. vers. qui librum, pag. 95. Andrea Gambar. de officio & potest. de legati de latere, lib. 2. n. 430. Cened. ad Decretal. collect. 8. n. 7. P. Azori. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 17. Q. . ubi q. 2. idem resolut de quaunque scriptura.

x Sine

74 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.

x Sine nomine antleris ] An sufficiat, si nomen certi Collegij, conuentus, vel vniuersitatis apponatur? Affirmat Pater Ioannes Azori.

instit. moral. part. lib. 8. cap. 17. q. 3.

x Et si regulares ] Vide Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. q. 2.  
art. 6.

x Nisi pante examinati, &c.] An comprehendat priuatas orationes, conciones, annotationes, & obseruationes de rebus sacris? Vide P. Azori. d. c. 17. q. 4.

x Post hanc temeritatem, &c.] An nefas sit Scripturarum sacrarum verba ad profanam & vanam interpretationem conuertere? Affirmat Pater Ioannes Azori. dict. lib. 8. c. 2. q. 4.

SESSIO QVINTA,

CELEBRATA DIE XVII. MENSIS  
IVNII, M. D. XLVI.

Decretum de peccato originali.

a Heb. II. b.

b Epheſ. 4.  
c Gen. 3.

Intra 117.  
& 134.

d Caleſtin. t.  
Epif. 1. c. 4.



T fides nostra Catholica, a sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra & illibata permaneat,  
& ne populus Christianus b omni vento doctinæ circumferatur; cum c Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiusq; remedio non solum noua, sed vetera etiam dissidia excitauerit: sacrosanta & ecclasiatica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea eisdem tribus Apostolicae Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutrantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum, & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium, & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur, ac declarat.

I Si d β quis non confiteretur, primum hominem Adam, cùm mandatum Dei in paradiſo fuisset transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat,

ami-